

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Pax ad  
cum fontibus primis

In hoc enim gracia regis extollitur et seruatur,  
si in equitate pacis populum dirigat et in iusticie uigore conseruet.

Ea namque sunt omnia, si verum inspicimus,  
subiectorum grata levamina, que sunt huius onera principatus;  
in hoc enim gloria regis extollitur et servatur,  
ut in quiete pacis populum dirigat et in iusticie vigore conservet.

Fridericus II imperator, *Constitutiones*, 200 (MGH Const. 2,  
L. Weiland ed., p.267, ll.5-7).

Hec enim est bonarum artium mater decora,  
hec mortalium genus reparabili successione multiplicans facultates protendit, mores excollit;  
et tantarum rerum ignarus cognoscitur qui eam minime quiescisse sentitur.

Cassiodorus libro I., epistola I.

Haec est enim bonarum artium decora mater,  
haec mortalium genus reparabili successione multiplicans facultates protendit, mores excolit;  
et tantarum rerum ignarus agnoscitur qui eam minime quaesisse sentitur.

Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII*, 1.1.1 (CCSL 96, A.J. Fridh ed., p.9, ll.7-10).